De ira dei contra delin-
quentes

	Nō obſequē- tib9 eius pre ceptis
	Nō colentib9 deum aris ere ctis
	Laudes non
Iraſcitur	canētib9 pro
dominus	bōis receptiſ
	Maculātib9 ſe peccatis in eptis
	Et parcit pro preſidētibus ſubiectis

Iraſcit deus cōtra inobediētes eius p̄ceptis. Sed notandum ante omnia q̄ ſm Auguſtinū in libro decimoquinto. d̄ ciuitate dei. capitulo viceſimoquinto. Ira dei non eſt perturbatio animi eius. ſed iudicium quo irrogatur pena pro peccato. Cogitatio vero eius ⁊ recogitatio mutandarum rerum ē immutabilis ratio. neq3 eñ ſicut hominē ita deum cuiuſq3 facti ſui penitet. cuius eſt de omnibus rebus tam fixa ſentētia q3 certa preſcientia. ſed ſi vtitur ſcriptura talibus verbis non ſe ammodo familiarius inſinuabit omniū generi hominum quibus vult eſſe cōſultum. vt ⁊ perterreat ſuperbientes ⁊ excitet negligētes ⁊ exerceat querentes et alat intelligentes. quod non faceret ſi ſe non prius inclinaret ⁊ quodammodo deſcēderet ad iacentes ſcd̄m auguſtinū vbi ſupra. Deus itaq3 iraſcitur hoc modo contra inobedientes. ſic iratus eſt contra moyſen nolentem recipe populi ducatum. Exo. quarto. Contra egyptios nolentes obedire deo ⁊ dimittere populum ſuum. iratus dominus miſit in eos iram ſuam Exodi. ſeptimo. ⁊ ſequentibus capi. Propter inobediētiam populi ⁊ moyſi iratus eſt dominus contra eum ad aq̄s cōtradictionis. vñ moyſes dixit. Iratus eſt mihi

dominus ꝓpter eos Deuter.
.j. Filij iſrahel qꝛ nō obedie/
runt ſed tulerūt de anathema
the iratus eſt ꝯtra eos domi⁹
Joſue.vij. Dixit ioſias. ma
gnus furor domini ſtillauit
ſuper nos eo ꝙ non cuſtodie
runt patres noſtri verba dn̄i.
ij. Paralipo. xxxiiij. Multū
debēt chriſtiani iram dei time
re cum artaxerſes rex paga/
nus dixit. Omne qđ ad ritū
dei celi pertinet. tribuat̄ dili/
genter in domo dei celi ne for
te iraſcat̄ ꝯtra regnum regis
ꝛ filioꝝ eius. ij. Eſdre. vij
Jraſcit̄ ydolatris deum ce
li nō adorātibus. Nā iratus
eſt dominus ſalomoni eo ꝙ
auerſa eēt mēs eius a domi
no. ꝛ deos alienos ꝓpter mu
lieres adoraret. iij. Regū. xj.
Propter peccatū ydolatrie
iratus ē dominus ꝯtra popu
lum iſrahel ꝛ tradidit eos in
manus azahelis. iiij. Regū
xiij. Quia ioas ꝛ filij iſrahel
ſeruierunt ſculptilibus irat⁹
eſt ꝯtra eos dominus. ꝛ facta
eſt ira dei ꝯ iudam ꝛ iheruſa/
lem. ij. Paralipome. xxiiij.
Increduli quaſi ydolatre re/
putant̄. ſup quos deſcendit
ira dei. Nam qui credit in fi/
lium dei habet vitam eternā
in ſe. qui autem incredulus
eſt ira dei manet in eo. Johā
nis. iij. Jraſcit̄ deus ꝯtra
ignorātes ſua beneficia ꝛ nō
recognoſcētes ea maiora pec
cata cumulare Sic iratus ē
ꝯtra amaſon regē iuda qui
diuino auxilio ſupauit ydu/
meos ꝛ poſt abſtulit deos eo
rum ꝛ adorauit eos ij. Para
lipo. xxv. Seruus nequā in
gratus cui dominus tot ꝛ tā
ta debita dimiſerat noluit mi
ſereri ſuo ſuo. Ideo iratus
dn̄s tradidit eum tortoribꝰ.
donec nouiſſimum quadran
tem exſolueret Mathe. xviij
Ezechias nō retribuit ſcd̄m
beneficium domini ſed eleua
uit cor ſuum contra dominū
ꝛ facta eſt ira dei contra Ju/
dam ꝛ iheruſalem. ſecundo
Paralipomenō triceſimo ſe/
cundo capitulo. Judeis nō
recognoſcētibus gratiam ſa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nationis infirmorum quam
chriſtus fecit infirmis, ſȝ ob-
ſeruantibus ſi ſabbato cura
ret vt eum accuſarēt. iratus
eſt ſaluator ſup̄ cecitatē cor-
dis eorum. Mathe. duode-
cimo. Luce. ſexto. Cōtra in-
uitatos ingratos non volen
tes venire ad cenam ſed pſe
quentes ſeruos ⁊ nuncios.
iratus dominus perdidit ho
micidas ⁊ ciuitates eoꝝ ſuc
cendit. Mathei. viceſimoſe-
cūdo. Eadem ſimilitudo de
colonis habetur. Luce. xiiij.

Iraſcitur dominus ꝯtra
peccatores diuerſorum vici-
orum. ſic iratus eſt ꝯtra fili-
os iſrahel propter peccatum
gule quia populus eſtuabat
deſiderio carnium ſedens et
merēs. Numeri. vndecimo.
De guloſis etiam dicit᷑ Co
mederunt ⁊ ſaturati ſunt ni-
mis ꝓuocauerunt autem te
ad iracūdiā. Neemie. nono.
Propter peccatum murmu
rationis ⁊ detractionis egreſ
ſa eſt ira ⁊ plaga a domīo in
mariam ſororem moyſi Nu
meri. duodecimo. Propter
vicium luxurie iratus eſt do
minus contra populum for
nicantem cum filiabus mo-
ab. Nūeri. viceſimoquinto.
Tractātes euchariſtiam in-
digne exterminat ira di. Na
oza qui īdigne tetigit archā
dei iratus eſt dominus ⁊ p-
cuſſit eum ⁊ mortuus eſt. ij.
Regum. ſexto capit. Quia
ioſaphat ſociauerat ſe pecca
tori Achab dixit ei. iram dei
meruiſti. vt habetur. ſecūdi.
Paralipomenon. decimono
no capi. Contra peccatores
nō loquentes recta iraſcitur
dominus. Sic locutus eſt
contra elephan ⁊ duos ſoci-
os eius quia cum iob nō lo-
quebantur recta. Job. qua-
drageſimoſecūdo capitulo.
Multum timēda eſt illa ira
quam dominus oſtēdet pec-
catoribus in die extremi iu-
dicij. Tunc enim dicēt mon
tibꝫ taliter. Cadite ſup nos
⁊ abſcōdite nos ab ira agni.
Apocalipſis ſexto. Iram
dei debent prelati auertere a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

populo orõnibꝫ ⁊ obſecratio
nibꝫ ⁊ ſacrificijs Sic fec̄ mo
yſes dicens. Cur domine ira
ſcit furor tuus Exodi.xxxij.
Occaſione chore irato domi
no dixerunt moyſes ⁊ aaron
orantes ad dominū Fortiſſi
me deus ſpūum omnis car/
nis. Num vno peccante ꝯtra
omnes ira tua deſeuiet. Nu
meri.xvj. Ob hanc cauſam
ꝯſtituit ioſaphat rex iuda iu
dices ⁊ prelatos dicens eis.
Oſtendite fratribus veſtris
ne peccent. ne ira dei deſcen/
dat ſuper eos.ij.Paralipo.
decimonono capi.

De ira hominis ꝑ zelum

Iraſcit̄ homo bono zelo ꝯ
- Dei mādata nō implētes.
- Inordīata vita viuētes
- Obſtinata mente degentes.
- Reos eos punientes

Iraſcunt̄ prelati cō
tra nō obedientes ꝓ
ceptis ⁊ mandatis
eccleſie. Et ſciendum ꝙ ira
que ꝑ bonū zelum eſt ꝯtra vi
cia tendit ⁊ nō ꝯtra homines
Nam ſm̄ auguſtinum ſic di
ligēdi ſunt homines ne erro/
res eorꝫ diligant̄ Aliud enim
eſt amare qđ facti ſunt. ⁊ ali
ud odiſſe qđ faciunt. ſic mo
yſes cum pharao nollet acq
eſcere precepto domini vt di
mitteret populum. exiuit ab
eo iratus Exodi.xj. Prece/
perat dominus ꝑ moyſen po
pulo ꝙ nullus dimitteret mā
na. quibuſdam reſeruantibꝫ
cum ſcateret vermibꝫ iratus
eſt moyſes Exo.xvj. Heliſe
us iratus eſt ꝯtra ioab regem
iſrahel quia non ſepius per/
cuſſit terram ſagitta. ſicut ei
fuerat imperatum.iiij.Reg.
xiij. Iraſcunt̄ boni viri.⁊
maxime prelati qñ vident in
ordinate viuentes ⁊ tranſgre
dientes obſeruantias ⁊ ceri/
monias ordinatas Sic moy
ſes reuertēs de mōte ⁊ vidēs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf